

sancto non potest. Quid enim sibi vult
 q̄ ait. si diligitis me mandata mea ser-
 uate. et ego rogabo p̄rem meū. et aliū
 aduocatum dabit vobis. ut vobiscū sit
 in eternū. spiritū veritatis quē hic mun-
 dus accipere nō potest. id ē dilectores
 mundi. Animalis em̄ homo nō p̄cipit q̄
 sunt dei. Sed adhuc potest videri. idō
 dictū. et ego rogabo patrem et aliū ad-
 uocatum dabit vobis. quasi nō solus fi-
 lius sufficiat. Illo autē loco ita de illo
 dictum est tanquā solus oīno sufficiat.
 cum venerit ille spiritus veritatis. doce-
 bit vos oīnem veritatē. Nunquid ergo
 separatur hinc filius tanquā ip̄e nō doce-
 at omnē veritatē. aut quasi hoc impleat
 spiritus sanctus q̄ min⁹ potuit docere
 filius. Dicant ergo si placet maiorē eē
 filio spiritū sanctū. quē minorē illo so-
 lent dicere. An q̄ nō dictū est. ip̄e sol⁹
 aut nemo nisi ip̄e vos docebit omnē ve-
 ritatem. idō p̄mittunt ut cū illo docere
 credatur et filius. apostolus ergo sepa-
 rat a sciendis his que dei sunt vbi ait.
 Sic et que dei sunt nemo scit nisi spūs
 dei. ut iam isti pueri possint ex hoc di-
 cere q̄ et filium nō doceat que dei sunt
 nisi spiritus sanctus. tanq̄ maior mino-
 rem. cui filius ip̄e tantū tribuit. ut dice-
 ret quia hec locut⁹ sum vobis tristitia
 impleuit cor v̄r̄m. Sed et ego veritatē
 dico. expedit vobis ut ego vadam. Nā
 si n̄ abiero. aduocat⁹ nō veniet ad vos

Hoc autē dixit nō p̄t inegalitatē
 verbi dei et spūs sancti s̄ tanq̄
 impedimento esset presentia fi-
 lii hominis apud eos quo min⁹ veniret il-
 le qui minor nō esset. q̄ nō semetip̄s exi-
 namunt formā serui accipiens sicut fili⁹
 oportebat ergo ut auferretur ab oculis
 eorū forma serui quā intuentes hoc
 solū esse xp̄m putabant qd̄ videbant.
 vnde est et illud qd̄ ait. Si diligitis
 me gauderitis vtiq̄. qm̄ eo ad patrem
 q̄ pater maior me est. id est p̄terea me
 oportet ire ad patrem. q̄ de me ita vi-

detis. et ex hoc q̄ videtis estimatis q̄
 minor sum patre atq̄ ita circa creaturaz
 susceptūq̄ habitū occupati equalitatez
 quā cū patre habeo nō intelligitis. vnde
 de est illud Noli me tangere. nōdum ei
 ascendi ad p̄rem meū. Tact⁹ em̄ tanq̄
 finem facit notiomis. Ideoq̄ nolebat i
 eo esse finem intenti cordis in se. ut hoc
 qd̄ videbatur tantummodo putaretur.
 Ascendo autē ad patrē erat ita videri si-
 cut equalis est patri velut ibi esset finis
 visionis que sufficit nobis. aliq̄n item d̄
 filio solo d̄ q̄ ip̄e sufficit. et in eius vi-
 sione merces tota promittitur. delecta-
 tiom̄ et desiderij nostri. Sic enim ait.
 Qui habet mandata mea et custodit ea
 ille est qui diligit me. Qui autē me dili-
 git. diliget a patre meo. et ego diligā
 eum. et manifestabo me illi. Nunquid
 hic. quia nō dixit ostendā illi et patrez.
 ideo sepaunt et patrem. sed quia verum
 est. ego et pater vnū sumus. cum pater
 ostenditur et filius ostenditur qui i illo
 est. Et cum filius ostenditur etiā pater
 ostenditur. qui in illo est. Sicut ergo
 cum ait. et ostendā illi meip̄m. intelli-
 gitur quia ostēdit et p̄rem. ita et in eo q̄
 d̄. cum tradiderit regnum deo et patri
 intelligitur. quia nō adimit sibi. Quom̄
 am cū p̄ducat credentes ad cōtempla-
 tionē dei et patris. profecto p̄ducat ad
 cōtemplationē suam. qui dixit et osten-
 dam illi meip̄m. Et ideo cōsequenter cū
 dixisset illi iudas. dñe quid factū est q̄
 ostensus es te nobis. et nō hinc mun-
 do. R̄ndit ih̄s et dixit illi. Si quis di-
 ligit me sermonē meum seruabit. et pa-
 ter meus diliget eum et ad illum venie-
 mus et mansionē apud eū faciem⁹. Ecce
 q̄ nō solū seip̄m ostendit ei a quo di-
 ligitur. q̄ simul cum p̄re venit ad eum.
 et mansionē facit apud eū. An forte pu-
 tabitur mansionē in dilectore facientib⁹
 patre et filio exclusus esse ab hac man-
 sione spūs sanct⁹. Quid est ergo q̄ su-
 perius ait de spiritu sancto. quē hic mū-
 dus accipere nō potest. qm̄ nō videt illū